



**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

4. Reliquæ propositiones primi syllogismi demonstrantur & solutiones
adversariorum refelluntur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95871](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95871)

Idem docent Augustinus, Prosper, Fulgentius,
 & alij dicentes : [*ca* Deum prædestinare, quæ
 fuerat ipse facturus :] quomodo loquitur etiam
 Damascenus *lib. 2. de fide, cap. 30.* est autem de
 fide certum, quæ Deus facit, libere facere : ergo
 quæ prædestinat, libere prædestinat : item provi-
 dentia Dei libera est : ergo prædestinatio, quin
 potius ut Augustinus sæpe docuit in hoc ad ma-
 xime cernitur libertas diuinæ voluntatis, quia non
 solum liberum ei fuit prædestinare, aut non præ-
 destinare, sed etiam pro libera voluntate sua hunc
 potius, quam illum prædestinauit : propter quod
 etiam vocatur hoc opus maximum opus gratiæ
 & liberalitatis ab Augustino de prædestin. *Santo-
 rum, cap. 15.*

104

Quod etiam docet ipse Herize vbi supra, imo 105
omnes aduerfarij, qui noltram fententiam tueren-
tur; quia tam clara funt fcripturæ loca, tam mani-
fefta Conciliorum testimonia, tam perfpicue tra-
ditiones Ecclefiæ, quibus hæc veritas aperte, &
manifeste continetur, vt ipfi nemo non folum ca-
tholicorum, imo neque hæreticorum expellere ne-
gare aufus fuerit, vt docet P. Ruiz *diff. 1. de præ-
deft. fect. 5. num. 1. in principio.*

SVBSECTIO I.

Minor sic demonstratur, quia constitutum est
formaliter & formaliter non potest dari in
aliqua mensura durationis, in qua non dantur omnia
constitutiva formalia, & essentialia illius: sed
si decerneretur liberum Dei praedestinandi homines
constitueretur formaliter, & essentialiter per adu-
scum creationem, seu productionem termini creati,
& producti omnia constitutiva formalia, & essen-
tialia talis decreti praedestinandi non essent ab
aeterno, neque in illa mensura durationis, quae ab
aeterno dicitur: ergo si decerneretur liberum Dei
constitueretur per actionem, seu productionem for-
maliter, & essentialiter non esset ab aeterno tale
decretum Dei, nec posset cum veritate dici, Deum
ab aeterno praedestinasse libere, & absolute homi-
nes ad gloriam. Maior est certa, & ideo enim Anti-
christus non est nunc actu existens, quia omnia
constitutiva illius non sunt actu iuxta mo. D. Petrus non
est actu, quatenus hic homo, vel hoc totum con-
positum, quia actu non existunt omnia consti-
tutiva essentialia D. Petri, licet existant principalia
constitutiva illius; nam existunt anima D. Pe-
tri in caelo, & corpus in terris, & quia solum de-
ficit vnio, quae est minimum inter constitutiva il-
lius, non datur D. Petrus nunc, & ratio est & prius-
ori quia res non potest esse sine essentia adequata
illi, quia essentia est id, sine quo nec esse nec in-
telligi potest res; ergo constitutum non potest
esse

Quaest. II. In quo consistat actus liber Dei. 311

esse in ea mensura durationis, in qua non sunt omnia constitutiva essentialia illius. Minor illa est evidens, quia ab aeterno non est actualis creatio, seu productio rei, quod est de fide ex illo *Genes. 1.* In principio creavit Deus coelum & terram, in quo loco fundabantur D. Athanasius, Augustinus, & Hieronymus, ad convincendum Arium, qui dicebat, Verbum divinum fuisse ab aeterno, & nihilominus esse creaturam, & non consubstantialem Patri, unde sic argumentabantur: Omnia entia creata sunt in tempore de novo producta, quia in principio creavit Deus, &c. sed per vos Verbum divinum non est in tempore, sed ab aeterno productum: ergo Verbum divinum non potest esse creatura, & sic concludebat Athanasius, [quomodo Verbum creatum si ab aeterno productum,] sed quod constituit liberum decretum Dei praedestinandi per vos est creatio, seu productio: ergo ab aeterno deficit aliquod constitutum ipsius decreti praedestinandi: ergo si constituitur per creationem, seu productionem actus Dei liber praedestinandi ab aeterno non habet omnia constitutiva formalia, & essentialia propria, nam deficientia vno non sunt omnia, sed deficit actualis creatio (quia creatio essentialiter connotat terminum existentem, & coexistentem; nam in bona Philosophia actuale fieri est simul duratione, instanti, in quo cum termino existente, & producto, licet sit prius aliqua prioritate à quo) quae est vnum ex constitutivis essentialibus, & formalibus praedestinationis, per quam liber eligit Deus ad gloriam: ergo ab aeterno non sunt omnia constitutiva essentialia, &c.

107 Responderi potest huic argumento ex doctrina Patris Herize, praedestinationem ab aeterno non esse efficacem, sed sufficientem: efficacem autem esse in tempore, ac proinde ut constituitur in esse efficacis indigere actione ad extra Dei, sine qua nullo modo potest constitui actualis praedestinatio in esse efficacis; fundamentum huius solutionis tradidit hic auctor *tract. 2. disputat. 16. de libert. voluntatis divinae. cap. 10. n. 74.* ibi: [ulterius considera ut in libertate creata potentia ipsa est principium liberum comparatione obiectorum, quae cum indifferentia proponuntur, & necessarium comparatione obiecti necessarii, ita in Deo, in quo nulla est potentia in ordine ad actum immanentem, & receptum, ipse actus subsistens virtualiter ab intellectione emanans, est actus necessarius comparatione bonorum Dei intrinsecorum, & liber comparatione bonorum limitatorum; cum autem dico esse liberam, non intelligo in ordine ad denominationem obiecti, quae praecedit omnem effectum, aut specialem dependentiam creaturae in ordine ad existentiam ab eo actu, quoniam hae denominationes sic intellectae, nec in creatura libera est nedom in Deo, etenim licet facultas ipsa creata in se sit simul necessaria, & libera in ordine ad diversa, at nullam tribuit obiecto, quod respicit denominationem liberam ante omnem actionem producentem actum liberum; sed hoc obiectum denominat amabile necessario illud amabile libere; at in iis denominationibus ante influxum indifferentem in actum nulla subest libertas, contingentia, & indifferentia nulla, ita actus ille Dei denominat amata necessario bona sibi intrinseca, amata libere bona extrinseca omnes creaturas, omnes negationes earum; item odio habita libere omnia mala tum physica tum moralia, non tamen ita, ut in his denominationibus ut sic ante productionem, aut novum statum creaturae in ordine ad existendum sit aliqua contingen-

tia, aliquod exercitium divinae libertatis *tract. de scientia Dei. disp. 2. cap. 2.*

Dixi actum hunc liberum, ut praecedit actionem contingentem, & scientiam ut praecedit existentiam obiecti denominare Deum actu sufficienter libere volentem creaturas, & actu sufficienter scientem existentia creata, eo quod Deus in se, seu ex parte sua habet sufficientem formam intrinsecam ad has denominationes actuales, deesse autem denominationem efficaciter libere volentis, & scientis, eo quod hae denominationes ultra formam deo intrinsecam addunt, aut actionem contingentem procedentem à Deo, aut aliquam specialem dependentiam, aut ordinem ad novum esse existentiae; ut iam explico, doctrinam huius annotationis eleganter docuit Sanctus Thomas 1. *lib. contra Gent. cap. 82.* ubi contendens probare nullam esse in Deo denominationem facultatis volendi ex eo quod nulla est huiusmodi potentia, ita scribit; quasi consideretur (intellige Deus) in potentia ad utramque ut primo sit volens potentia utrumque, & postmodum volens actu, sed semper est volens actu quidquid vult, non solum circa se, sed etiam circa causata. Cum autem dicitur circa causata, non est mens post causata ea actu velle, antequam vero causaret, esse in potentia ad volendum: cum autem absolute negaverit potentiam in deo, tum ante creaturarum causationem, tum post illam non potuit habere hunc intellectum, sed illud circa causata specificative sumendum est, hoc est semper esse Deum in actuali denominatione amantis omnia quae sunt causata, in quovis statu sint, neque ea amabilia in potentia denominare posse.

Ex hoc ulterius inferitur discrimen maxime notare inter denominationem creatam amantis libere & amati ex parte obiecti, & inter denominationem amantis libere sufficienter, & obiecti sic amati incretam, quod denominatio creata praesupponit naturae exercitium libertatis, quod consistit in egressione contingentis actionis à principio indifferenti; denominatio autem increta non praesupponit tale exercitium, imo praesupponitur ad illud, ut principium exercitij libertatis: licet ergo in neutra harum denominationum formaliter, & immediate inveniatur exercitium libertatis, & in hoc conveniunt: at differunt in eo, quod denominatio, seu forma creata denominans libere, amans, & obiectum libere amatum non est principium liberum, sed necessarium: unde quidquid ab ea fit, ut habitus, & species, necessario fiunt; amor vero incretus denominans Deum libere amantem sufficienter creaturas, & obiecta creata libere amata, est principium indifferens, & quasi liberum in actu primo, & quidquid ab eo efficitur in creaturis, libere efficitur,] sic Pater Herize.

Contra hanc autem solutionem fundatam in 108 verbis huius auctoris sic infurgo, quia quando dicitur praedestinatio, esse ab aeterno, tantum sufficiens, & non efficax libere, vel hoc intelligitur ita ut ab aeterno actu non praedestinaverit Deus, actu eligendo libere B. Virginem tum ad maternitatem Dei, tum ad gratiam, & gloriam; sed solum ab aeterno se habuisse Deum in actu primo, & pro tunc solum dicatur potens Deus praedestinare in tempore actu B. Virginem, & actu de novo eligere in tempore. Vel hoc non dicatur, sed potius ab aeterno actu praedestinasse B. Virginem, & ab aeterno actu elegisse ipsam ad maternitatem divinam, licet talem maternitatem non fuerit B. Virgo accepta ab aeterno, sed in tempore. Si primum dicatur

tunc

tur expresse contradicatur locis sacrae Scripturae supra positis, & Sanctorum Patrum testimoniis expressis, in quibus omnibus non solum definitur ab aeterno Deum potuisse praedestinare, seu in actu primo praedestinasse, hoc est ab aeterno habuisse Deum actum primum praedestinandi; quia de hoc quis poterat dubitare: solum enim hoc decernunt illa testimonia, Deum nimirum non solum potuisse, sed actu praedestinasse, & elegisse actu per decretum liberum omnes saluandos ad gloriam, & B. Virginem ad maternitatem, &c. neque agunt talia testimonia de sufficientia tantum in actu primo diuinae voluntatis ad praedestinandum, sed potius de actuali praedestinatione, ut iam dixi, ut patet ex modo loquendi Pauli, qui vtitur verbo de praeterito significante actum, non potentiam & ideo ait, elegit nos ante mundi constitutionem; loquimur Dei sapientiam, quam praedestinavit Deus ante saecula; & ad Rom. 8. quos autem praedestinavit, vocauit, &c. quae verba si in proprietate accipienda sunt, non possunt intelligi de sufficientia solum, & de potentia duntaxat ad praedestinandum, sed potius de actuali libero decreto praedestinandi: ergo falsissime dicitur ab aeterno non dari actuale praedestinationem, & actuale decretum liberum eligendi ab aeterno.

Deinde quia D. Paulus asserit, praedestinationem, quae ab aeterno facta est, esse beneficium speciale circa saluandos, quod non communicatur reprobis; atqui potentia solum, seu sufficientia ad praedestinandos homines non est beneficium speciale respectu saluandorum, verbi gratia, respectu B. Virginis, D. Petri, &c. quia potentia ad praedestinandum, & ad eligendum non est solum respectu saluandorum, sed etiam respectu reproborum, quia deus non solum est potens ab aeterno praedestinare D. Petrum, & B. Virginem, sed etiam omnes reprobos, in quo consistit actualis gratia, seu specialis, aut peculiare beneficium circa praedestinatos, quod cum Deus potens fuerit ab aeterno praedestinare omnes, etiam reprobos noluerit illos praedestinare, sed solum hos, qui saluandi sunt de facto: ergo talis electio, & praedestinatio, de qua loquuntur Scripturae, & Patres, & de qua dicunt, fuisse ab aeterno, & ante mundi constitutionem non est solum potentia ad praedestinandum, sed potius actuale decretum liberum praedestinandi, de quo Antonius Delphinus *lib. de rerum euentu*, pag. 23, licet non audeat dicere de facto esse de nouo in tempore, nihilominus docet, potuisse Deum pro suo libito, & ad ostendendam suam libertatem suspendere ab aeterno usque ad tempus, & in tempore praedestinare, quod P. Herize, ut patet ex verbis ipsius supra positis adhuc sub ista conditione reprehendit, & probat ubi supra, nullo modo posse Deum praedestinare in tempore de nouo, nec in tempore velle aliquid libere, quod ab aeterno non voluerit, & ipse Pater Herize efficaciter probat (cuius probationes supra posuimus sumptis ex tractatu 3. disputat. 22. de praedestinat. cap. 1.) praedestinationem actualem esse ab aeterno, & aeternam & non in tempore factam, quod non deberet, nec esset necesse probari de potentia, & sufficientia ad praedestinandum, quia nemo etiam ligneus, aut lapideus poterat dicere, potentiam ad praedestinandum, & sufficientiam ad eligendum non fuisse ab aeterno, sed in tempore de nouo; nam si euident est lumine naturali Deum esse ab aeterno, & voluntatem diuinam ac intellectum diuinum, quae sunt posse sufficiens ad praedestinandum, euidenter sequitur tale posse sufficiens esse ab aeterno, & non posse esse de nouo

in tempore, alias deus à seipso, & à sua voluntate separaretur realiter.

Vnde si ab Antonio Delphino interrogaret aliquis, an voluntas, & intellectus diuinus, hoc est posse praedestinare poterit pro libito diuino non esse ab aeterno, sed de nouo in tempore, certe responderet tanquam stultissimam hanc interrogationem, & sine ulla dubitatione assereret, voluntatem diuinam, seu posse praedestinare necessario esse ab aeterno, & nullo modo posse esse de nouo in tempore, sicut Deus, qui est idem cum voluntate, & posse praedestinare necessario est ab aeterno: ergo quando Scriptura sacra, Patres, & doctores, imo & ipse P. Herize asserunt, electionem, & praedestinationem ad gloriam, non esse de nouo in tempore, sed ab aeterno, non loquuntur de potentia, aut sufficientia ad praedestinandum, sed potius euidenter, & clare de actuali praedestinatione; actuali electione, & actuali decreto, quo praedestinatur saluandos ad gloriam; unde duplex dogma fidei in supradictis testimoniis continetur; primum, quod actualis praedestinatio fit ab aeterno, hoc sonant illa verba, elegit nos ante mundi constitutionem, ut supra late probauimus.

Secundum dogma est tale actuale decretum, vel talem actualem praedestinationem fuisse liberam ab aeterno, esseque non actum necessarium, sed maxime liberum; quia ut supra etiam late demonstraui, ita elegit deus, ut potuerit non eligere, & ita actu praedestinavit B. Petrum, ut potuerit velle non praedestinare illum, quae est indifferentia formalis quae formaliter est libertas: ergo solutio non potest subsistere, si doceat per illum modum loquendi quoad sufficientiam ab aeterno non fuisse actuale decretum liberum, sed solum potuisse esse actuale decretum liberum, ut patet ex ipso Pate Herize, locis supra citatis, ad longum à me adductis, ne dubitaretur de mente huius doctores, unde si in aliis locis oppositum doceat, ut videtur docere tract. 2. disputat. 16. num. 75. cap. 10. in fine, illius numeri, ibi: [amor vero increatus denominans deum libere amantem sufficienter creaturas, & obiecta creata libere amata, est principium indifferens, & quasi liberum in actu primo, & quidquid ab ipso efficitur, libere efficitur in creaturis:] sine dubio sibi euidenter contradicit. Præterea quia D. Paulus, & Sancti Patres asserunt, praedestinationem actualem ab aeterno tale esse beneficium, & talem gratiam, ut per illam discriminentur saluandi à condemnandis, & ideo hortantur Patres, & Scriptura sacra ut gratias agant immensas Deo pro tam insigni beneficio praedestinati, sed posse sufficienter praedestinare quatenus distinguitur ab actuali praedestinatione, & electione non est speciale beneficium, & gratia praedestinati collata discriminans ipsos à reprobis, sed potius est attributum quoddam diuinum necessario Deo conueniens, & non libere Deo commune reprobis, & praedestinitis: ergo loca D. Pauli, & Scripturae, Sanctorumque Patrum dicentia, deum elegisse & praedestinasse saluandos libere, & gratuito ab aeterno non possunt intelligi de sola sufficientia, & potentia ad praedestinandum, sed necessario intelligenda sunt de actuali libero, & efficaci decreto Dei, per quod elegit deus determinatos homines, & Angelos, reiecit & reprobatis cæteris.

Si autem solutio Patris Herize non intelligatur de sola potentia ad praedestinandum, sed potius de actu formalissimo libero praedestinandi, & hoc decretum vocetur à Patre Herize solum sufficiens, & non efficax, nullo modo soluit vim no-

Quaest. II. In quo consistat actus liber Dei. 313

scilicet argumenti, sed potius dat manus coactus vi illius, quia iam concedit, actum formaliter liberum saltem inefficacem, non posse constitui formaliter, & essentialiter ab actione creata seu ab aliquo connotato extrinseco physico, quia per vos ab aeterno datur actus, & non in potentia solum; verum & proprium, decretum formalissime liberum, & ab aeterno actu nulla est creatura nec connotatum extrinsecum creatum: ergo ab aeterno actu non constituitur decretum formalissime liberum ab aliqua entitate creata, quia si ab illa constitueretur ut supra in hac demonstratione Theologica ostendi, aut deberet actus ab aeterno esse creatura illa, ut actualiter constitueret decretum liberum formaliter, & essentialiter quia constitutum non potest actu esse sine omnibus constitutivis essentialibus, & formalibus ipsis, aut si hoc non posset esse, quia in principio creavit deus caelum, & terram, ipsum decretum liberum non fuisset actu ab aeterno, sed necessario deberet esse in tempore de nouo, ut constitueretur a creatura, quae non est ab aeterno, sed in tempore de nouo, ut ex terminis patet.

110 Atqui nulla creatura est actu ab aeterno per vos & per fidem catholicam, & per vos etiam secundum fidem decretum liberum formalissime est actu ab aeterno: ergo evidenter, & manifeste sequitur per clarum, & apertum consequentiam ex vi demonstrationis Theologicae deductam decretum liberum dei formalissime, ut tale non constitui formaliter, & essentialiter per aliquid creatum extra Deum.

SVBSECTIO V.

Adhuc probatur decretum efficax, quatenus tale non constitui per extrinsecam connotationem.

111 **Q**uia praedestinatio actualis quae nunc datur (etiam late probauimus, ex eo quod fuerit ab aeterno, non constitui formaliter per creaturam) est non solum inefficax aut sufficiens actus liber Dei, sed etiam efficax: ergo etiam efficax actus liber dei non constituitur formaliter per creaturam aut creatum connotatum; haec consequentia supposito antecedenti est evidens; quia praedestinatio est actus liber Dei efficax; sed praedestinatio non constituitur per rationem aliquam creatam: ergo actus liber Dei efficax non constituitur per aliquam rationem creatam. Antecedens illud non solum est certum apud omnes Doctores, cuius oppositum videtur minimum temerarium, sed etiam expresse, & clare docetur a P. Herize, *tr. 3. disp. 2. de natura praedest. t. 7. n. 68. ibi*: [rursus dicitur ex massa perditionis praedestinatio, quia licet deus ante peccatum originis voluerit liberaliter omnibus conferre gratiam, & gloriam, quantum est ex se: at ordo ille praedestinationis fuit sine effectu, & interceptus per peccatum. Unde efficax praedestinatio, quae modo est, initium habuit post peccatum originis secundum magis probabilem sententiam.] Et eodem tract. 3. *disp. 2. de existentia praedest. t. 4. cuius titulus est*, Aliquot discrimina inter providentiam, & praedest. *n. 20. in pr.* sic ait: [Secundum discrimen est, quia est providentia efficax, praedestinatio semper re ipsa obtinet suum particularem finem, scilicet deus vero providentia.] & *num. 23.* sic ait: sed dices iterum ex Caetano quolibet providentia Dei perfectissima est, at de ratione providentiae perfectissimae est ne

Is. P. Tom. II.

frustraretur sine à se intento: ergo omnis providentia dei assequitur finem particularem. Respondeo, distinguendo minorem; de ratione perfectissimae providentiae efficaciae (ut est praedestinatio), est consequi finem intentum, concedo, inefficaciae, nego; neque enim in providentia idem est efficacia, & perfectio illius, sed debita ordinatio mediorum conducentium in finem secundum exigentiam creaturae circa quam versatur providentia, imo forsitan in effectibus, qui pendent à causa libera necessarium est, ne praetendatur efficaciter ante praevisionem actus liberi, si indifferentia causa libera illa servanda est.]

Ecce quomodo hic Auctor aperte sentit, praedestinationem actualis, quae ab aeterno est, esse efficacem, & amplius patet. Nam definiens ipse voluntatem efficacem, *cap. 3. disp. 2. n. 101.* sic ait: [est denique efficax intentio finis, cum ipsum assequitur.] clarius loquitur per haec verba, [in qua maior est controuersia, & vim facio, ut eam ostendam in hoc, quod electio illa est omnino absoluta, & nullam ex parte obiecti admittat conditionem, quae deus spectet, aut respiciat ut decernat decreto absoluto, & efficaci fore gloriam secundum realem existentiam in certo, & determinato tempore,] & paulo post, [nisi verbis ludant inter voluntatem absolutam, & efficacem ex sua natura, & conditionatam, & inefficacem hoc agnoscant discrimen necesse est, quod illa vult rem esse nulla expectata conditione & ideo efficaciter pergit ad executionem eo tempore, quo decreverit esse vimque; habet determinandi potentiam executricem, haec vero spectat conditionem, & non vult esse rem nisi sub tali conditione; ideoque inefficax est in executione usque dum purificata conditione transeat in absolutam; sed electio praedestinatorum ad gloriam, quae praedestinatio dicitur est absoluta praedestinatio Dei quae non expectata aliqua conditione dirigitur in vitam aeternam in re ipsa consequendam ut P. Herize, *tr. 3. disp. 2. de existentia praedest. c. 1. n. 2.* [hic observa hanc nominis praedestinatio praefens significationem non nisi apud Paulum reperiri in sacra Scriptura, ni fallor, ea vero est praedestinatio Dei; quia creatura intellectualis per media infallibilia gratiae dirigitur in vitam aeternam, re ipsa consequendam, ut ex professo explicio *disp. 22.* Post Paulum, Concilia, & Patres Ecclesiae, atque Doctores scholastici hac utuntur significatione tam frequenter, ut nomen hoc simpliciter prolatum sine addito propriam solum providentiam praedestinatorum significet;] & *nota disp. 23. à cap. 1. usque ad 13.* probat ideo praedestinationem, seu electionem salvandorum ad gloriam non posse esse ante praevisionem merita; quia est absoluta, & efficax voluntas dandi gloriam praedestinat, & si esset ante praevisionem merita, non minus tolleret libertatem, quam efficax physica praedeterminatio, & de voluntate inefficaci, qualis est illa, quae explicuit Paulus per illa verba; vult Deus omnes homines salvos fieri, asserit esse ante praevisionem merita quia non est infallibilis, efficax, & absoluta; unde *cap. 9.* hunc titulum ponit: [caput nonum intentionem omnino absolutam gloriam ante merita praedestinati pugnare cum libertate eam acquirendi, & admittendi,] & *numero 98. eiusdem capituli noni*, §. denique, sic ait: Denique observa consulto in titulo capituli me notasse, nos agere de electione, omnino absoluta. Nam per illud, omnino, excludere intendo omnem conditionem ex parte obiecti, ut in progressu magis declaro; loquimur etiam de electione absoluta, atque efficaci ex natura sua, hoc est, quae vim habeat exequendi obiectum, si sit in valente illud

R r exequi;